



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 19. Marsilius Patavinus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](#)

mana curia se submovit sine permisso. Secul. XIV.  
 Capi eum ac in carcerem compingi Papa A.C. 1325.  
 voluit. Atille profugus ad Imperatorem  
 Ludovicum Bavaram se Marsilio Patavi-  
 no junxit, ut contra Papam scriberent.

## §. XIX.

*Marsilius Patavinus.*

**M**arsilius Mainardinus Patavinus litteras longo tempore didicerat docueratque Parisiis, ubi Rectorem Universitatis agebat anno 1312. Duboulay <sup>to. 4. p. 163.</sup> Cunctis facultatibus navarat operam: post artes ad <sup>974.</sup> Theologiam animum applicuerat: in scriptis suis apparet Jurisperitus: callebat artem medicam exercebatque. Arctam colebat amicitiam cum alio Doctore Joanne Janduno seu Gandavino. Is magnam partem habuit in confectione operis, cui titulus: *Defensor pacis*: quod tamen Marsilio soli tribuitur; compositum sub annum 1324, & Ludovico Bavarо inscriptum est. Tendit praeципue ad ex- <sup>Monarch.</sup> tollendam potestatem profanam, & ad <sup>Gold. to. 2.</sup> impugnandas opiniones de potestate <sup>p. 154.</sup> Summi Pontificis tum receptas inter Professores Juris Canonici. Tres in partes divisum est. In prima vult author propositiones suas demonstrare per principia sanæ rationis, & luminis naturalis. In altera conatur illas confirmare per

R 2 codi-

**Sæcul. XIV.** codicem sacrum Patresque , ac objecta  
**A.C. 1326.** refellere. In tertia spondet se inde du-  
 ceturum consecatoria pro politicis rationi-  
 bus seryitura.

Monachus Dionysiosfanensis in Fran-  
 cia, qui tum Guilielmi Nangii Annales  
**Cont. Nang.** continuabat, de horum Doctorum tran-  
 situ ad Ludovicum Bavaram ita scribit:  
 p. 709.

Cum Duci quidam de familia sua eo-  
 rum notitiam dedissent, non in aulam mo-  
 do suam, sed & in gratiam receptos sic  
 allocutus dicitur: Quis vos impulit, ut e  
 regno pacis & gloriæ hanc in terram bel-  
 li miseriis plenam veniretis? Repone-  
 bant: Huc nos adduxit error, quem in  
 Ecclesia conspectum bona fide diutius  
 ferendo impares ad te profugimus, quip-  
 pe qui jure teneas Imperium, ideoque re-  
 rum perturbationem compescere debeas.  
 Imperium non est subjectum Ecclesiæ.  
 Antequam hæc ullum dominium pro-  
 fanum acciperet, jam stabat illud, nec ad  
 hujus leges est conformandum. Inveni-  
 mus Imperatores multos confirmasse  
 Paparum electiones, convocasse concilia,  
 & his autoritatem dedisse ad deciden-  
 da fidei capita. Siqua jura contra liber-  
 tatem Imperii Ecclesia per aliquod tem-  
 pus usu capiebat, fraudulenta & im-  
 proba usurpatio fuit. Hanc nos verita-  
 tem contra quemvis tuebimur: hanc de-  
 fendendi gratia omne supplicii genus,  
 si opus

si opus erit, mortemque ipsam perfere- **Sæcul.XIV.**  
mus. **A.C. 1326.**

Dux Bavariæ huic opinioni non accessit prorsus: e contrario congregavit homines doctos: qui declarabant illam esse impiam ac periculosam; atque si assentiret, straturum Papæ viam insectandi se ut hæreticum, & jure ad Imperium privandi. Quamobrem puniret advenas, quia Imperatoris esset, non tantum conservare fidem, verum etiam delere hæreticos. Ludovicus Bavarus respondit: Crudelis forem, si veliem perire homines, qui relicta patria & fortuna sua sese addixere mihi. Quocirca apud se manere jussis largitiones fecit ipsorum statui, & suæ dignitati congruas. Ita rem narrat ille successor Nangii.

### §. XX.

#### *Guido Tarlatus Episcopus Aretinus damnatur.*

Papa Cardinalem Bertrandum in Lombardia satis occupatum videns, orante Neapolis Rege Roberto novum in Italiam Legatum misit Joannem Cajetanum de Ursinis Cardinalem Diaconum de S. Theodoro. Eodem die, nimirum 17 Aprilis anno 1326, eodemque in senatu, in quo ei litteras seu mandatum

R 3                  lega-